



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Abstinentiae species sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Abstinentiæ species sunt
quatuor.



PRIMA est à ma-
lo, uel peccato.
unde Esaias dicit.
Quiescite agere
peruersè, discite
benefacere. Da-
uid quoque aie-

Esa. 1.

Psa. 33.

bat. Diuerte à malo, & fac bonum.
Quæ quidem abstinentia summè ne-
cessaria est, & sine ea ceteræ non
ualent abstinentiæ. Vnde apud Deū
tunc præclara est abstinentia corpo-
ris, quando animus à uitiis ieiunat.

Quid nanq; prodest corpus india
attenuari, cum animus intumescit
superbia? Vnde Isydorus dicebat.

Isyd.

Qui à cibis abstinent, & mala agūt,
dæmones imitantur, quibus sem-
per esca abest, & culpa semper
adest. Secunda species est, abstine-
re à bono, quod habet speciem ma-
li. Vnde Paulus dicebat. Ab omni
specie mala abstinete uos &c. A qua

1. Th. 3

duabus rationibus abstinendum est.
Prima est, ne proximus scandali ze-
tur, quemadmodum Paulus de se ip-
so loquens dicebat. Si esca scanda-
lizat fratrem meum, non manduca-

1. Co. 8.

A

CHRISTIANA

bo carnem in æternum. Secunda est, ne fama imminuatur. propterea apud Ecclesiasticum scriptum legimus. Curam habe de bono nomine;

Ecc. 41
Pro. 22

Quia melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ. Qui famam suam (inquit Augustinus) negligit, crudelis est. Omnes suspiciones fugere debemus, & quicquid etiam fingi potest, priusquam fingatur, deuitemus. Tertia est, abstinere à bono, quod mali occasio

Auguf.

quandoque esse potest, ut in exemplo dicere possemus, à uino fortis ac fumoso, à familiaritate, aut con-

Chriso.

sortio, uel à loco suspecto. Sic doctor aureus admonebat uirum christianum; Fuge personas in quibus potest malæ conuersationis esse sus-

picio; quia qui familiaritatem, & consortium non uult euitare suspectum, citò labitur in ruinam. Sequitur. Feminam quam uideris bene

cõuersantem mente dilige, sed corporali non frequentes accessus; quia per assiduitatem ac frequentiam cito peccat homo. Nam sepe quos uoluntas non potuit uincere, assiduitas superauit. Vnde remouendæ sunt omnes occasiones. Tolle occasionem peccandi si uis à fornicatione, & à ceteris sceleribus esse

non ad panite quit p ad labo git, no Ad qu Quid r qui inf ad hoc eiecit, sum ad ur man te suo suo pla Cui ap

INSTITVTIO. 2

ritus. Quarta species est, abstinere ab illis bonis, quæ maiora bona impediunt. Hoc nanque modo abstinent uiri sancti. Vnde dicebat hoc proprium esse uirorum sanctorum, Beatus Gregorius. Semper ab illicitis longè esse, & plerunq; etiam à se licita abscindere.

Grego.

Abstinendum est à carnalibus desiderijs propter quinque.

Primum est, quia positi sumus in mundo isto, non ad ociosè uiuendum, sed ad laborandū; non ad delicatè uiuendum, sed ad penitentiā agendam. Homo (inquit patientissimus Iob) nascitur ad laborem. Vnde si laborem refugit, non facit id ad quod natus est. Ad quid ergo uenit in mundum? Quid respondebit ei, qui misit eū? qui instituit ut laboret? Non enim ad hoc nos de paradiso uoluptatis eiecit, ut alterum sibi hic paradysum adinuēcio humana pararet, sed ut manibus laboret suis, ut in sudore suo uescatur pane, ut conditoris suo placeat, & ut deo suo seruiat. Cui apertè non patet, q̄ in ultimo

Iob, 5.